

ditissimi sententia modeste discessisse  
 inueniant: neque enim mihi propo-  
 situm erat, viro immortalis laudibus  
 meis monumentum inane exstruere,  
 sed potius in notis, siue largius, vt  
 ab initio, siue parcius, vt sub finem  
 in sectione argumenti plena, adper-  
 sis, ea persequi, quae commemoratu  
 digna adhuc videbantur. \*) Multa  
 fortasse refingi, multa aliter disponi,  
 quaedam circumscriptius addi, non-  
 nulla etiam rescindi poterant, sine  
 vlllo scientiae detrimento. Quis enim  
 nesciat in institutione hermeneutica  
 nostris diebus singulares adhuc dispu-  
 tationes *de interpretatione historica,*  
*de criseos sacrae theoria, de ingenio et*  
*de chara-*

\*) Propterea etiam factum est, vt in toto libro  
 Ernestiano nihil corrigeretur, praeter vitia  
 typographica et prolegomenorum paragra-  
 phum vltimum, quo interpretis institutionem  
 melius in tres partes describi videbatur.